

De spiritu et anima

et ima possit: cum plerumque in vtraque diuisus si
bimembris sit spiritus. in quacumque parte totus
transierit nomen eius merito sortitur. Si car-
nis voluptatibus pascitur: carnalis siue animalis
nominatur. Si spiritualibus desideriis delectatur:
spiritualis nuncupatur. Appetitus siquidem naturalis est
vis in astante motu deinde sensibus attri-
buitur.

Diffinitio virtutum anime.

Capitulum XXXVIII.

Quoniam de virtutibus anime mentionem sepe
fecimus: diffinire eas debeo: quantum quod
anima dicta vel dicenda sunt euidenter intelligi
possunt. Sensualitas. sensus. imaginatio tam corporis
corporeis quam anime sunt vel dici possunt. Sensualitas
corporis est quedam vis ignea. Sensualitas siue
animalis anime est inferior vis eius: que secum trahens
sensualitatem carnis: velut famulam et obedien-
tem. sensus et imaginatio facit. easque in archa
memorie reponit. In sensu instrumentum est sen-
sualitatis et origo imaginatio. Ipsa namque
vis ignea que extrinsecus formata sensus dicitur:
eadem forma visus ad intimum transducta ima-
ginatio vocatur. Sensus itaque parit imagi-
nationem. imaginatio cogitationem. cogitatio
meditationem. meditatio acuit ingenium. inge-
nium facit rationem. ratio adducit ad intellectum. intel-
lectus ad intelligentiam. intelligentiam per contemplationem
ipsam vitam admiratur: et per charitatem in ea
delectatur. Sensus est passio anime in corpore ex quali-
tate extra accidentibus. Imaginatio est vis
anime que figuram corpoream reze absente corpore si-
ne exteriori sensu dinoscitur. Cogitatio est cir-
ca quilibet animi occupatio. Consideratio est
interior cogitatio. Meditatio est frequens co-
gitatio: modum et causam et rationem vniuersumque
rei investigans. Ingenium est quedam vis natura-
lis anime usque valens. Ratio est quedam vis anime que
omnia discernit et iudicat: sed materie cum inhiat
spiritualibus et imagine dei se profuat. Intelle-
ctus est reze in se habere existentium perceptio. Intelli-
gentia est deus solus reze principis. id est deo: ideis:
ille et de incorporis substantiis pura et certa co-
gnitio. Contemplatio est precipue vitam locum
da admiratio. Charitas est concordia mentium
et societas electorum. vita beatissima anime et ange-
lorum: que nec anime nec angeli nisi per charitatem vi-
uunt. Anima ad imaginem et similitudinem
dei facta est.

Capitulum XXXIX.

Anima rationalis et intellectualis facta est

ad imaginem et similitudinem dei ut factorum su-
um per imaginem cognoscatur et per similitudinem diligatur.
Et imaginem namque dei habet rationem: et ex similitudi-
ne charitatem. Charitas vero in seipsa reperiatur
trinitatem. habet rationem sentit: et pacata requirit. habet
charitatem inuenit: et videndo beatam que scit. habet
in patri fides sequitur. spes in celum visus comi-
tatur. charitas penitus amplectatur. Hec ita-
que spiritualis seu intelligentia rationalis primo creato-
re suum aspiciat: deinde creaturam ipsam vide-
at: et mediante arbitrii libertate ad eum que con-
didit omnia se et cetera referat. Sic in homine tri-
nitas apparet quam charitas manifestat: ut
charitatem spiritus homo exhibeat: spiritus respiciat in
quem trinitas imago ponatur. Sic homo eius
seruabit similitudinem cuius in se naturaliter pon-
tatur imaginem. Apparet ergo imago dei in intelli-
gentia rationali: in mente spiritali: in honore libe-
ri arbitrii. Apparet similitudo dei in moribus
per naturam in operibus per iustitiam in fructibus per gratiam
ut moribus natura ponatur: ut iustitia operibus
comprobetur: ut gratia fructibus compleatur. et sic per
domino preterit. Alia totum corpus hominis tota pie-
tate. Est que inspirata a deo homini vitam
deus piacet materia sed de nihilo facta ab eo.
De ceteris animantibus scriptura dicit. Pro-
ducatur autem terra animam viuentem.
Aliaque non nisi in terra producit: sed deus inspi-
rauit: non tamen vitam viuentem sed spiritum viu-
te. rationale ex dei imagine: factum ex dei similitu-
dine. Anima non sit ex diuina natura cre-
ata nec sit pars dei.

Capitulum XL.

Anima non est pars dei: per se mutabi-
litas quam incurrit. Deus enim immuta-
bilis est: hec sepe mutata per culpa:
quibus mutata per pena et damnata sit misera.
Nihil ei tamen nocere potest nisi a deo recedat.
Recedit autem qui peccat: proinde torquetur misera
a deo refuga. Ab uno diuisa spargitur
ad multa: et per sua impotentia sit morbida: sit
molesta. Quia propter sensum corporis turbata me-
moriam: turbati bebetes sunt maridi et stu-
pidi. Ideo caro patitur languores oritur: et
moros violenta puagatur. Deus que a deo auer-
sus: peccato peruersus: que a deo disserit dissi-
dit: et sibi potestates in seipso penam de seipso. Alia non
formatur ex materia informis: sed in sua creatioe
formam accipit: que facta est ad imaginem et si-
militudinem dei. Alia que si auerit remanet in forma